

35.

ritus scō. Et statim ad uxore annanie idem ait. Quid
vobis visum ē temptare spm dñi. Cum dicit vobis os-
tendit deo dictum spū. de quo annanie dixerat. Ipse ē
ergo sp̄s dñi. qui sp̄s sc̄s. Ipsum &ia sp̄m sc̄m. qui
sp̄s patris ē. declarauit dñs. dicens secundū matheū. In p-
secutione non cogitandū quod loquamur. Non enim
vos estis qui loquimini. sed sp̄s patris vñ loquitur in
vobis. Idem autē secundū lucā ait. Nolite solliciti ēē qua-
litter respondatis aut dicatis. sp̄s enim sc̄s docebit vos
in ipsa hora. quae oporteat dicere. Non ergo sc̄s sp̄s
de substantia corporalium. Hic enim corporalib. In
cor poreā infundit gratiam. Sed nec de substantia
inuisibilium creaturarū ē. Nam & ille sc̄ificationē hu-
ius accipiunt. & per hunc reliquis mundi operib. ante-
cellunt. siue angelos dicas. siue dominationes. siue
potestates. omnis creatura expectat sc̄i sp̄s gratiam.
Sicut enim nos per sp̄m liberi. quia misit dī sp̄m filii
sui in corda nrā. clamantē abba pater. Itaq. iam non est
seruus sed filius. Ita &iam omnis creatura revelatio-
nē filiorum dī expectat. quos utiq. sc̄i sp̄s gratia fili-
os dī facit. Ergo & creatura ipsa. omnis spiritualis.